

Der Hildesheimer Fasching 1545.

Auf nachfolgenden Bericht stiess ich bei Durchsicht der *Varia Politicorum* (1) im Vatikanischen Archiv; er ist dem 58. Bande dieser Sammlung (fol. 59-63) einverleibt. Ausser verschiedenen älteren Stücken — z. B. einem Traktat *'de unitate ecclesiae sub uno principatu unius summi ierarchae'* (fol. 116) und einem Theilverzeichniss der Bullen Johans XXIII. (liber II anni II, fol. 123) — enthält der betreffende Band auch einige Dokumente zur Reformationsgeschichte Norddeutschlands; so einen Bericht über die Einführung der Reformation in Reifenberg und andern Klöstern der Diözese Hildesheim, sowie in Goslar dd. 6 Nov. 1542 (fol. 55 ff.); einen Protest des Bischofs Valentin gegen die Gewaltthaten der Schmalkaldener Bundesfürsten vom März 1545 (f. 64); endlich den vorliegenden nicht datirten Bericht über die ärgerlichen, nicht nur Katholiken, sondern jedes christliche Gemüth verletzenden Vorgänge, womit die Neugläubigen in Hildesheim den Beginn des Faschings zur Verhöhnung kirchlicher Bräuche und Reliquien benutzten.

Für die Datirung bietet die Angabe des Berichtes *'nuper... post antievangelium Lutheranum inibi introductum'* eher eine Klippe als einen direkten Fingerzeig. Die offizielle Einführung des lutherischen Bekenntnisses erfolgte in Hildesheim bekanntlich nach der Eroberung Braunschweigs durch die Schmalkaldischen Bundesfürsten 1542 (2); am Freitag den 1. Dezember hielt Bugenhagen in der Andreas-

(1) Vgl. darüber *Histor. Jahrbuch XIV, 1.*

(2) *Janssen, Gesch. des deutschen Volkes III, 491.*

kirche seine erste Predigt (1); das Weitere hatten die Prädikanten Heinrich Winchel und Ant. Corvinus zu besorgen (2). Man ist also versucht, die geschilderten Faschingscenen in das Jahr 1543 zu verlegen. Zum Glück hat jedoch der Bericht selber ein chronologisches Korrektiv in der gelegentlichen Zwischenbemerkung, dass im Thatjahre das Fest Mariae Lichtmess und der Sonntag Sexagesima auf einen Tag zusammentrafen. Das war nun aber 1545 der Fall (3); der Verfasser hat eben mit jener Angabe die endgiltige Regelung und Neuordnung des Hildesheimischen Kirchenwesens im Auge, welche 1544 durch Aufstellung einer förmlichen Kirchenordnung seitens der drei genannten Praedikanten erfolgte (4).

Der Verfasser berichtet als Mitlebender, als Augen- und Ohrenzeuge; das ergibt sich aus seinen genauen Zeit- und Ortsangaben. Wahrscheinlich haben wir ihn in einem der treugebliebenen katholischen Klöster zu suchen, die trotz aller Gewaltmassregeln und Bedrückungen hinter verschlossenen Thüren ihren Gottesdienst fortfeierten, bis sie, förmlich ausgehungert, sich zur Auswanderung genötigt sahen (5).

(1) Bericht, wie und was Gestalt die Stadt Hildesheim bei Einführung des Lutherthums die katholischen Stiftsklöster und Pfarrkirchen occupirt, theils spoliirt u. s. w. Aus einem alten Manuskript. Abgedruckt in den *Historisch-politischen Blättern* IX, 316 ff. X, 15 ff.

(2) *F. W. Hassenkamp*, Hessische Kirchengeschichte im Zeitalter der Reformation, II. Band I. Abth. (Marburg 1855) S. 262 f. Als erster Superintendent wurde 1543 Iust Isermann von Einbeck aufgestellt. *J. K. F. Schlegel*, Kirchen- und Reformationsgeschichte von Norddeutschland, II. B. (Hannover 1829) S. 200.

(3) *H. Grotefend*, Zeitrechnung des deutschen Mittelalters, I² (Hannover 1891) S. 62.

(4) *Schlegel*, a. a. O. S. 200.

(5) *Histor.-pol. Bl.* IX, 318 ff. Dem Abt u. Convent von S. Michael hatten die evangelischen Prediger den Antrag gestellt, ihre Ordens-

Der auch von den Gegnern geachtete Bischof (1), der geflohen war (2), hatte jedenfalls dafür gesorgt, dass er über die Vorgänge in seiner Metropole auf dem Laufenden erhalten wurde; durch seine Hände wird der Bericht wohl nach Rom gelangt sein.

Inhaltlich haben wir eigentlich Nichts beizufügen. Die schlichte, ungeschminkte Aufzählung der Thatsachen spricht für sich selber. Was die verspotteten Heilthümer betrifft, so mag man über ihren Werth denken, wie wie man will — unhistorisch wäre es, unsern modernen Standpunkt anzulegen, der über manches lächelt, was dem Mittelalter ehrwürdig erschien —: man wird nicht, wie Hassenkamp bei anderer Gelegenheit (3), mit entschuldigendem Achselzucken Alles dem ‚Pöbel‘ zur Last legen, der ‚leider einige Exzesse beging‘, sondern in diesen Roheiten die natürliche Folge eines Verfahrens sehen, welches Alles, was dem Volke bisher als heilig gegolten, beschimpfte und schmähete. Wenn man erfährt, dass Bugenhagen öffentlich das Altarsacrament den grossen Baal genannt und gedroht hatte, es mit Füßen zu treten, falls man es nicht vor seiner Predigt noch aus der Andreaskirche hinwegnähme (4), dann wundert man sich auch nicht über die Blasphemien, die unser Bericht erzählt,

kleider abzulegen u. die neue Religion anzunehmen; als sie sich dessen weigerten, wurden ihnen auf ein ganzes Jahr Strassen, Mühlen, Markt, Weide u. Wasser aus den städtischen Brunnen verboten. *Dasselbst* X, 15 f. Vgl. *Janssen* III, 491.

(1) *Schlegel* 197 f.

(2) Er hatte 1542 dem Papste über die Einnahme Hildesheims berichtet und von ihm ein theilnehmendes Breve erhalten. *Raynaldus* tom. XXI ad ann. 1542 n. 39.

(3) Wo er die Einführung der Prädikanten in Hildesheim erzählt, II, 262 f.

(4) *Hist.-pol. Bl.* IX, 317 f.

z. B. dass die Neugläubigen ein Eccehomobild zum Tanze ins Zunfthaus führten, demselben zutranken und, als kein Bescheid erfolgte, ihm das Bier ins Angesicht schütteten.

[f. 59] BACCHANALIA CIVIUM HILDESEMENSIVM IN OPPOBRIUM
CHRISTI ET RELIGIONIS FACTA.

[f. 60] Blasphemi, impii et abominabiles ludi carnispriviales nuper in carnisprivio in civitate Hildesemensi post antievangelium Lutheranum inibi introductum habiti et populo exhibiti, antehac apud Christianos non visi et auditu horrendi.

In primis die iovis post dominicam, quam sexagesimam vocamus, in quam festum purificationis gloriosae Mariae virginis hoc anno incidit, primores consulatus Hildesemenses bacchanalia festa in locum festivitatis virginis introducere volentes, nullum more Lutherano dierum discrimen habentes, publicam et solemnem choream in eadem vigilia beatae virginis habendam populo ex domo consulari fistulis ac tubicinis publicandam et intimandam curaverunt, et noctem illam in peculiarem contumeliam gloriosae virginis Mariae, ecclesiae ac civitatis Hildesmenensis specialis ac praecipuae patronae, in choreis, festis et lascivis saltationibus consumpserunt.

Postea in die dominico Esto mihi proxime sequenti certi cives Hildesemenses imaginem flagellati, coronati et sanguinolenti Christi crucem suam portantis et baiulantis, quae ita in memoriam amarissimae passionis suae et redemptionis nostrae effigiari solet, ex cimiterio ecclesiae sancti Andreae Hildesemensis acceperunt et eandem imaginem in blasphemiam creatoris et redemptoris nostri per tabernas societatum et sodalitorum civium Hildesemensium circumdlexerunt et portaverunt, et eandem imaginem ad tabernam potatoriam deferentes, in qua sartorum societas et ingens

multitudo praesens erat, cum uxoribus et liberis ipsorum, uti in carnisprivialibus [f. 60'] et bachanalibus illis diebus fieri solet, verbis opprobriosis et contumeliosis imaginem Christum repraesentantem affecerunt, et eandem ad potandum cum eis ad aequales haustus invitaverunt clamantes: Bibe, et facias debitum! Et inter alios nebulones unus dixisse fertur: Quomodo vis, ut bibat ad aequales haustus? Videsne ipsum flagellatum et sanguinolentum et taliter omni effuso sanguine exhaustum, quod tibi in potando respondere non potest? Et cum hoc statim eidem imagini Christi cerevisiam in faciem contumeliose projecit atque profudit.

Et eandem imaginem Christi flagellati et coronati crucem bajulantis per omnes alias potatorias civium et societatum eorundem tabernas circumferentes, dum pervenissent ad sodalitatem civium mercatorum, illi eosdem blasphemos nebulones admittere neque ullam injuriam seu blasphemiam imagini eidem inferri coram eis permiserunt, sed ipsos a se repulerunt et reiecerunt. Deinde effigiantes et repraesentantes episcopum in uno nebulone, episcopali habitu indutum eundem virgis publice per plateas caesum et usque ad portam civitatis frequenti hominum turba deductum et conviciis, maledictis ac opprobriis plurimis affectum ex civitate Hildesemensi expulerunt et eiecerunt.

Alii ex civibus Hildesemensibus, vasculo ad formam ejus, in quo hactenus sacrosancta Eucharistia et corpus Domini nostri Jesu Christi utpote viaticum ad infirmos de more catholicorum deferri consuevit, ex cupro seu ramo aptato atque composito et similiter aliam [f. 61] quandam capsulam auream, in qua praeputium salvatoris nostri Jesu Christi et venerabiles reliquiae gloriosae virginis Mariae matris suae reservari creduntur et in quarum reliquiarum honorem, et praesertim virginis Mariae, sanctae et gloriosae memoriae Carolus Imperator cognomento Magnus ecclesiam Hildesemensem, uti annales ecclesiae Hildesemensis testantur, fundavit, per contemptum effigiantes in derisionem et ludibrium sacrosanctae eucharistiae ac praeputii Domini et

praedictarum sanctarum reliquiarum virginis gloriosae, praecipuae eorundem et ecclesiae Hildesemensis patronae, vasculum ipsum cum capsula passim per civitatem Hildesemensem circumferentes et in domos civium intrantes, prout olim viaticum et reliquiae praedictae pro necessitate infirmorum et solatio viventium circumferri solebant, sacrosanctum Eucharistiae sacramentum, praeputium Domini et virginis gloriosae reliquias miris et inauditis blasphemis, injuriis et contumeliis affecerunt.

Et his non contenti in die cinerum juvenem XVII seu plurium annorum tanquam papam alba stola et pluviali vestitum, triplici corona coronatum, sandaliis indutum et annulis aureis in digitis ornatum, pontificem romanum effigiare volentes, per quatuor in speciem episcoporum cum mitris et baculis, casulis et aliis ornamentis episcopalibus indutos in uno feretro, in quo defunctorum corpora ad sepulturam deferri solent, pannis tecto per totam civitatem Hildesemensem circumtulere, et juvenis a solemnibus benedictionibus (uti per papam fieri solet) nunquam cessabat, et eosdem quatuor episcopos quidam vestitu diaconorum, alii subdiaconorum [f. 61] habitu ornati praecesserunt et sequebantur, alii thuribula in manibus deferentes, alii aliis vestibus sacris in contemptum religionis induti, eosdem similiter subsequabantur, et hoc evangelicum spectaculum per integram illam diem continuatum fuit, tanto clamore, strepitu et cachinno, ut nihil scelestius aut contemptius excogitari potuerit.

Eodem die certi alii cives effigiantes duos clericos et presbyteros seculares vestibus clericaribus indutos, et similiter unum religiosum veste monastica indutum publice per civitatem Hildesemensem virgis caesos, tandem ex civitate Hildesemensi ejecerunt et expulerunt.

Die Jovis post diem cinerum quidam alii in ludibrium et contemptum processionum quadragesimalium, et quae hactenus in ecclesia catholica cum laetaniis ad promerendam Domini misericordiam in cinere et cilicio Ninivitarum exemplo haberi consueverunt, processionem simulantes inter

ipsos unus imaginem crucifixi extentis brachiis, pannis et vestibus vestitam portabat, et erat caput imaginis panno tectum, quod deinde in modum crucis super dicta imagine extensum fuit, alii vero vestibus carnisprivialibus, ludicris et prophanis induti crucem ipsam personati et mascarati sequebantur. Quorum etiam nonnulli ollas et vasa testatia vice thuribularum deferentes, vestibus carthusianorum et aliorum religiosorum induti, praecedebant et alii sequebantur pro libris evangelii et epistolarum, qui in laetaniis et publicis supplicationibus deferri solent, tabulas lusorias et in quibus tesseriis ludi consuevit, portabant cantantes: Kyrie eleyson [f. 62], Christe eleyson! cum summo et incredibili contemptu et dedecore Dei omnipotentis et sanctorum ejus. Et si fuissent Judaei, Turcae et Saraceni, non potuissent crucifixo pro nobis domino Deo nostro in signis et imaginibus amarissimae passionis suae hactenus in memoriam passionis suae religiose habitae et observatae et cultui divino ac sanctis ipsis majorem contumeliam, blasphemiam et injuriam fecisse et intulisse.

Eodem die magister civium *Christofferus Hagenn*, homo levissimus et perditissimus, cum viris, mulieribus et puellis, cum quibus bachanalia et carnisprivialia festa peregit, accessit domum ecclesiae Hildesemensi vicinum (*sic*), in qua vinum venditur, et ibidem convivium sibi parare fecit, et circa quartam horam post meridiem sui convivii vino exhilarati in curia ecclesiae Hildesemensis publice ducebant choreas, in quibus choreis et saltationibus usque ad vestibula majoris ecclesiae Hildesemensis progressi, nisi ecclesia clausa fuisset, etiam cum choreis eisdem ipsam ingressi fuissent. Verum ecclesia obserrata ab ingressu ejusdem prohibiti in ambitu ejusdem majoris ecclesiae supra mortuorum sepulturas, ut omnia prophanarent et nihil intactum malitia sua relinquerent, saltarunt et eisdem choreas continuarunt. Plura alia impia Hildesemensium facta, quae in blasphemiam creatoris, virginis gloriosae et sanctorum ac cultus divini, romani pontificis in terris Christi vicarii et ipsi [ipsius *aut* episcopi?] Hildesemen. domini sui [contemptum]

diversis viis et modis egerunt et fecerunt, taediosum esset scribere et pluribus verbis exponere.

Porro veritas est pueris etiam civitatis Hildesemensis notissima, si [f. 62'] aliqua persona, cujuscunque status, gradus et conditionis supereminetiae illa fuisset, ante sex menses et priusquam istud evangelium Lutheranum in civitatem Hildesemensem et praetensi illius concionatores introducti fuissent, similia facta vel etiam in minimo praedictorum attentasset: profecto maximis poenis, utpote carcere, proscriptione, confiscatione et ademptione honorum, imo etiam uti blasphemus et impius ultimo supplicio affectus ac punitus fuisset; cum tamen modo omnia impune fiant, imo ipse magister civium *Christofferus Hagem* praedictus homo levissimus certorum praemissorum impiorum facinorum ipse author extitit. Et in praesentiarum in civitate Hildesemensi per antievangelicam carnis libertatem tot iam annis in Germania impune predicatam, et quam cives Hildesemenses, olim veri Catholici et fideles et boni homines, nescierunt, omnia sine aliquo discrimine et punitione licent, et isti sunt speciosi fructus novae vitae evangelicae et Christiani dogmatis protestantium, per quod tam pulchre populus instituitur. Et omnium blasphemiarum et impietatum praedictarum exemplum cives Hildesemenses a praetensis novis concionatoribus nuper per eosdem status protestantes in civitate Hildesemensi introductis acceperunt. Qui venerabile sacramentum Eucharistiae in ingressu ipsorum in civitatem Hildesemensem blasphemantes Baal illud vocarunt, quod, nisi ex ecclesia sancti Andreae Hildesemensi (in qua primum concionabantur) statim portaretur, pedibus calcare voluerunt, qui etiam haecenus et sine intermissione [f. 63] contra veram, orthodoxam et catholicam fidem, cultum divinum, sacras ceremonias, papam, episcopos, clerum et universum ecclesiasticum statum, ut omnia turbent atque confundant, clamore et impiis vocibus blasphemare et lacerare non cesarunt neque cessant.

JOSEPH SCHLECHT.